Ye
3550

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0001

Dbl zu
Rar Ye 3550
(Ye 3161)

XIV. 14d 0.  (cat. 4, 35b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0002

a*ω

# PROSOPOPOEIA SACRA LUCIS TRIUMPHANTIS, JUBILÆI SECUNDI ALMÆ LEUCOREÆ

MEMORIAM CELEBREM
piè riteque venerantibus,
*WITTEMBERGÆ*
pridie & poſtridie
S. LUCÆ,
*Sive Dom. 18. Trinit.*
*Sive 18. Octobris,*
*Anni SEC. 18. ſecundi,*
hoc eſt,
M. DCCII.
Operâ viliſſimâ Aut. TRIVII,
A, B, C, ſubtenſi,
*SACRATA.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0003

# CATO:

MULTORUM DISCE EXEMPLO, QUÆ FACTA SEQUARIS, QUÆ FUGIAS.

Vita eſt nobis aliena Magiſtra.

Mens Tua, MAGNA DIE HAC meritò ſua GAUDIA promat,
ANNUM cum FESTO SECLA DUOque colat!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0004

*

NIhil magis felicitatis conſequi poteram, quàm quòd Periodum Quadrimembrem EROTEMATUM GENEALOGICORUM Echo exornare exornatamque SEMICENTONE donare atque ad NEO-RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI, Domini, Domini FRIDERICI AUGUSTI, NEO-THRONUM APOLLINEO-MAJALEM, firmas DEO OMNIPOTENTE Vires ſuggerente, devolvere ſacramque reddere, eô, quo LUX & FELICITAS, VIRTUS & PIETAS, ſacerrima SOBOLI LECTISSIMÆ requiſiuêre, modo, non fuerit denegatum.

*

VERBA ISTHÆC colophonem TRIVIO A. B. C. SUBTENSO, certè Fato certo & juſto, eoque nonniſi ACTUM SOLEMNEM JUBILÆI SECUNDI LEUCOREÆ ALMÆ beatura feliciſſimè, me PERIODUM

QUADRIMEMBREM EROTEMATUM GENEALOGICORUM Typo Publico mandante, pridie Aprilis 1702. impoſuêre Impoſuêre? O me INFELICEM FELICEM! Ergone & me Fatis pene circumdatum vocavit FELICITAS? Non vocavit INFELICITAS. Ita eſt; ADHUC COELUM VOLUITUR! Namque ſalutatis recenter, DRESDA, LIPSIA, MARTISBURGO, LEUCOPETRA cum Arce CITIZENSI, BEROLINO, COTHIS, DEO TRIN-UNO cœlitus auxilium ferente potentiſſimum, WITTEMBERGAM poſtridie Dom. 17. Trin. feliciſſimè intravi. Feliciſſimè, vel eô, quod pridie Dom. 18. Trin. VIS SUMMÆ LEGIS DIVINÆ, (*quæ eſt, ut Matth. c. XXII. v. 37. & 39. inculcat: Diligere Dominum DEum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus, & proximum ut ſemetipſum:*) in Templo Mariano ſarcinam peccatorum, deponere clementiſſimè largita fuerit.

Q

O ☉. DIEM. FAUSTUM! Tu cum gemino numero Dierum ☾. & ♂. LUCEM ☿ii. Diem, inquam 18. Octobr. SEC. 18 Anni ſecundi, ſive 1702. ſacri JUBILÆO SECUNDO ACADEMIÆ WITTEMBERGENSIS benigniſſimè anteceſſiſti. O numerum Sacrum numero omni potentiorem! O LUCEM LUCÆ LUCIDISSIMAM! Tu profectò, cùm OMNE TRINUM SIT PERFECTUM, PERFECTAM MEMORIAM & SEC. XIIX. & XIIX. IIXbris, & cum primis Dom. XIIX. Trinitatis, adeoq; numeri trini, ſive ter bis novies, porro ſecundè comprehendis Anno & SEC. XIIX. & JUBILÆI SECUNDI ſecundo. Tu, JEHOVAH DIRECTORE illo rerum omnium juſtiſſimo Incrementum dierum ſubſequentium exoptatiſſimum componente, hæc inter puncta atque interſtitia temporis comprehensũ ☿. ut graviſſimum atque ponderoſiſſimum Nuncium, ad omnes IV.

Mundi Plagarum Incolas gratiſſimos deſcendere facies? Facies, faciente OMNIPOTENTE, quemadmodum impræſens fecit, atque affecit efficaciter OMNIA. Quod cùm quamcertiſſimum ſit, utne in ejus, id eſt DEI TRINUNIUS GRATIAM CLEMENTISSIMAM, & RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI DIGNITATEM intemeratam, velvero PRO-RECTORIS MAGNIFICI, ipſiusque CONSILII ACADEMIÆ WITTEMBERGENSIS PUBLICI MUNUS PUBLICUM injurius, aut etiam in terrarum Peregrinarum & Patriarum PP. CC. totiùsque Orbis Literarii Incolas non fictos, abſentes æque ac præſentes, ingratus ſim, FATI, ſive INFELICITATIS OMNIS avertendæ gratiâ, PROSOPOPOEIA hac SACRA LUCIS TRIUMPHANTIS JUBILÆI SECUNDI ALMÆ LEUCOREÆ, omnibus & ſingulis,

ME-

MEMORIAM CELEBREM piè riteque venerantibus, interjectâ Verborum Sacrorum Nominumque Cap. XIX. Syr. copiâ metro jejuno conſtante, ſubjuncto item Catalogo Dnn. PP. MEMORIAM JUBILÆI SECUNDI proſequentium, eo, quo conceſſum, ordine, quoquè placuit vitæ genere, aſſurgere haud immerito in animum induxi. Scilicet memoratam PROSOPOPOEIAM SACRAM LUCIS TRIUMPHANTIS PERIODI QUADRIMEMBRIS EROTEMATUM GENEALOGICORUM TRIVIO A, B, C, ſuffulto connectere, ipſa rei ſtudiique neceſſitas jure meritoque mandavit.

*

SYRAC. CAP. XIX. v. 1.

*

JOSIAS FRIDERICUM,
quem ſapiens ſapientem
Omnis dixit in Orbe, notet.
Fac, applicet omnis

VER-

VERBUM ipſi; ſed abuſus ceſſet.
Deſinat uti
Nullus Chriſtjanus DOMINI VERBO. Ardeat Ardor,
(Conf.* C. 18. Syrac.)
Excipiet SECLUM dum SECLUM
* SECULA durent
Dum DOCTRINA DEI circumdabit
ora POTENTUM,
Dum faciet populi ſynceri pectora plena.

v. 5.*

Deſeruêre DEum Reges, VIR DAVID in Orbe,
EZECHIAS, JOSIAS tenuêre veren-
da Juſſa DEI, memores coluerunt
FESTA JEHOVÆ,

v. 10.*

HESEKIEL vidit DOMINI MAGNALIA SUMMI,
Verè Verba piis fecit dans gaudia VERIS

v. 12.*

COELESTIS, DOCTRINA PIUM
bis ſexque PROPHETÆ
Con-

Conſervant VERBUM quod divus
Apoſtolus omni
Mortali dives dictavit pneumate ſacro.

v. 13. *

At vero mihi quî celebrandut erit
SOROBABEL?

v. 14. *

Et JESUS SOBOLES JOSEDECH,
NEHEMIASQUE?

v. 15. *

Hic merito meruit Nomen, laudemque, diemque.

v. 16. *

HENOCH in terris nemo par extitit
almo?

v. 17. *

Nemo etiam JOSEPH ſuperavit pectora caſti.

v. 19. *20.

SEM, SETH conveniunt paſſu pare.
Primus ADAMUS

Huma-

Humani Generis Pater audiit, Autor
amœnæ
Ipſe DEUS Vitæ primatum res ſuper
omnes
Illi conceſſit mundi, ſic ſoli & Hono-
rem
Summum. Hinc doctrinâ magni dita-
tus IöVÆ,*
VIVIT iu æternum, vivit ſuper æthe-
re cœli.

* * *

Hâc * ductus FRIDERICUS, Funda-
menta Salutis
Urbe ſuâ poſuit, cupiens celebrare
quietè
SECULA cum FESTO Redeant cun-
ctis NOVA SECLA:
AnnuaFESTA precor redeant & Gau-
dia juſta:
Sæpe Dies Verbi Sacri redeat DEVO-
TIS:
JOVA POTENS HOSTES vincat,
properante ſalute
Omni-

Omnibus è cœlo mortalibus, URBE SACRATA
Orbeque mundano poſiti, qui vivitis, usque
VIVITE FELICES, memores cœleſtis ubique
VERBI; DOCTRINÆ memores memoresque DIEI!

* *

# DECAS GEMINA
## numerum Verſuum
## CAP. XIX. Syrac.
## adæquans.

1. *Uſus ubique valet; ſed abuſus tollitur orbis*
2. *Mundani nunquam vi, fraude, labore, Boniſque.*
3. Da veniam, Fautor, VERBI memor atque DIEI,
4. Quam FRIDERICUS ovans, ſapiens cognomine, VIVUS

Poſt

5. Poſt FACTUM, moriens in
funere, ſidere lætus
6. Condidit URBE SUA, quam
jucunda alluit ALBIS.
7. ANNUM WITTEMBERGA
NOVUM FESTUMque SE-
CUNDUM
8. SECLI BIS NONI CELE-
BRAT SAT RITE SE-
CUNDO
9. ANNO, bis nonâque Octobris
Menſis amoeni.
10. Hic ille eſt, quo terræ mandat
ſemina pauper
11. Agricolæ manus, hocce modo
ſuperare querelas
12. Sperans. VIVIT adhuc FRI-
DERICUS OVANS AUGU-
STUS
13. Ille PATER COELI, Terræ,
Lucisque Monarcha.

14.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0014

14. Quisquis ades, fac, ſume bonam ſpem, Præſide tanto;

15. Tutus cuncta legas, relegas, damnata relinque.

16. LEGEM DIVINAM Venereris, Codice ſtante,

17. Et RECTORE NOVO Primo, FRIDERICO AUGUSTO

*18. SALVO, quò vireat virtus virtutis ovantis,

XIX. Sume manu lætâ gratâque METRUM SACRATUM.

XX. Quod licet hoc relegas, recolas FESTUMque SECUNDUM

ANNI BIS CC*

* * * *

SERI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0015

# SERIES Dnn. Proff. P.P. JUBILÆUM SECUNDUM ACADEMIÆ WITTEMBERGENSIS fauſtè tranſgentium.

* * *
* *

*Joh. Deutſchmannus*, D. SS. Th. Prof. Prim. Totius Academiæ Senior, ad S. Æd. OO. SS. Præpoſ. & Alum. Elector. Ephor.

*Caſparus Læſcherus*, D. & SS. Th. P. P. & General. Superintendent, p. t. Fac. Theol. Decanus.

*Philippus Ludovicus Hanneckenius*, D & SS. Theol. P. P.

*Joh. Georg. Neumannus*, D. & SS. Theol. P. P. p. t. Acad. Pro-Rector.

D. *Godofr.* Strauß/ Decret. P. P. & Facnlt. Jurid. Ordinar.

*Joh. Henricus Bergerus*, D. &

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0016

& Facult. Juridic. Prof. P. p. t. ejuſd. Decanus.

*Caſpar. Henr. Horn*, D. & Facult. Jurid. P. P.

*Godofredus Svevus*, D. & Facult. Jur. P. P.

*Joh. Godofredus Berger*, Med. Doct. & P. P. Facult. Med. p. t. Decanus.

*Chriſtianus Vater*, Med. Doct. Pathol. P. P. & Phyſ. Provinc. Sax.

*Paulus Godofredus Sperling*, Med. Doct. & Archiat. Serveſtâ Anhalt.

*Michaël Strauch*, Super. Mathem. P. P. & Colleg. Phil. Sen.

*Chriſtianus* Röhrenſee / Phil. Pract. P. P.

*Conr. Sam. Schurtzfleiſchius*, Hiſtoriar. Prof. P.

*Joh. Baptiſta Ræſchelius*, SS. Theol. D. & Phyſ. P. P.

*Joh. Chriſtoph.* Wichmanns-

hauſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0017

hauſſen / LL. OO. PP. Pro-Rector, Primus.

*D. Frider. Schræer*, Log. & Metaph. PP.

*Joh. Balthaſ. Werner*, D. & Jur. Prof: Extraord. Mathem. verò Inſer. Ord.

*Johan. Guilielmus Bergerus*, Poëſ. P. P. p. t. Facult. Phil. Decanus.

*D. Guiliel. Kirchmaierus*, Græc. Lit. PP.

*Hen. Conradus Scurtzfleiſch*, D. & Hiſtor. P. P.

*Joh. Andr. Planer*, Mathem. Inſer. P. P.

Pon Ye 3550

ULB Halle 3
005 036 259

n. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0019

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0020

a*ω

# PROSOPOPOEIA SACRA LUCIS TRIUMPHANTIS, JUBILÆI SECUNDI ALMÆ LEUCOREÆ

MEMORIAM CELEBREM
piè riteque venerantibus,
*WITTEMBERGÆ*
pridie & poſtridie
S. LUCÆ,
*Sive Dom. 18. Trinit.*
*Sive 18. Octobris,*
*Anni SEC. 18. ſecundi,*
hoc eſt,
M. DCCII.
Operâ viliſſimâ Aut. TRIVII,
A, B, C, ſubtenſi,
*SACRATA.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-16988/fragment/page=0021